quibusuis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni, quo ad actum moedernum attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generosum Alexandrum Georgium de Niedzielsko Madalinski et ipsius Successores de scripto certo manuali per eundem Generosum Madalinski in rem et personam sui Recognoscentis de actu et data hic Præmisliæ die Nona February Anno præsenti confecto dato et Conscripto, et Aktis præsentibus roborato, nec non de omnibus eiusdem Scripti manualis Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis, vadeo ligamentis, ac nexibus generaliter Vniuersis, ob sufficientem et plenariam Satisfactionem quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum facit et perpetuo pronunciat, Scriptum hoc idem manuale cum eius ligamentis in toto et totaliter, cassat mortificat et annihilat. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

23 III

## Feria Quinta post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio.

1349

## Horodyski Consorti Reformat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Joannes Horodyski Sackowicz Nobili Andrea Horodyski Sackowicz cum Nobili Anastasia Sozanska procreatus filius, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet

Secum

secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse Nobili Marinae Wrzycka Nobilis Alexandri Wrzycki cum Nobili Eva Wrzycka procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusque posteris summam Mille Florenorum Polonicalium ratione vero dotis et Expeditionis post ipsam accepta et in domum suam importata necnon aliam similem summam Mille Florenorum Polonicalium ratione certi, veri iusti, et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, necnon auri, argenti, clenodiorum, Unionum margaritharum, Vestium Vestimentorum, Stanni aeris cupri, orichalci, pecorum pecudum, Equorum Equitiarum, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit, dotavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitat, inscribit et reformat praesentibus, Per ipsam Nobilem Marinam Wrzycka sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius Successores, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Universis ipsius Utilitatibus et Usufructibus Competentiisque et praerogativis quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice Usufruendi, ac ad Usus suos suorumque Successorum quovis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, Vigore et more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

## Boryslawski Consorti Reformat et eandem Stabiet ad abrenuntiand.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Nicolaus Boryslawski Nobilis olim Simeonis Boryslawski cum Nobili Hastasia Stritko iwska de Rudniki procreatus filius, Sanus mente et corpore exi: